



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXX. Der Rath zu Perleberg vergleicht die Schlächter daselbst mit den Juden wegen des Schlachtens, im Jahre 1346.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

**LXIX.** Der Rath zu Perleberg vereignet dem Altar St. Dionysii und Sebastiani in der Pfarrkirche einen Platz am Stadtgraben zu Sperlingsdorf, der dem Altare wegen der zu Perleberg herrschenden Pest geschenkt war, im Jahre 1344.

In nomine sancte Trinitatis amen. Cum cunctorum hominum in curis temporalibus mens maxime sit intenta etc. — nos consules civitatis Perleberch cupimus fore notum publice protestantes in his scriptis, Quod ad Dei omnipotentis laudem et honorem et beatorum martirum Dyonisi et Sebastiani et sociorum eorundem reverentiam, matura deliberatione prehabita et nostrorum predecessorum consilio, pleno quoque consensu accedente, aream in villa sperlynghestorp cis nostre civitatis fossam sitam, per discretum dominum Thidericum putlest erogata altari predictorum sanctorum martirum divinam misericordiam implorando, ut epydimie clades, que in nos mortales miserabiliter quondam vergebhat, propitius mitigaretur dono, a reverendo domino lamberto nostro plebano et ab honesta vidua relicta Petri Buls fundato, predicto altari appropriavimus et presentibus appropriamus, pronunciantes eandem aream ab omni exactione vel precaria nostre civitati danda perpetue liberam et exemptam. Renunciamus enim etiam omni juri et commodo, quod nobis aut nostre civitati in ea competuit aut competere posset in futuro, renunciatione debita et solempni, Tali tamen conditionis articulo precognito, si propter sepedicte nostre civitatis munimen et tutelam nobis vel nostris successoribus novam fossam per prenominatam aream fodi competeret, hanc licite in ea fodere debeamus sive possimus, nulla licentia possessoris dicti altaris ad hoc requisita, sed tantum de agro libero et competenti sive illi aree equi pollenti penes nostram civitatem restituemus vel satisfaciemus, veluti rationabile fuit, predicto altariste pecunia cum parata. Ut autem omnia premissa robur firmitatis perpetue forciantur, presentem literam cum appensione nostre civitatis sigilli dedimus roboratam. Testes huius rei sunt Hinricus Radolfi, Thidericus Dalmy, Hinricus Mōke, Johannes Deffow, Sabellus Rulow, Arnoldus Leneviffe, Hinricus Prescyr, Henneke Bachus, Arnoldus Lange, Petrus Gerstenkorn, consules presentis anni et alii quam plures fide digni. Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in die sabiani et Sebastiani martirum beatorum.

Nach einem alten vom Superintendenten Liesegang mitgetheilten Copialbuche der Ober-Pfarrregistratur in Perleberg.

**LXX.** Der Rath zu Perleberg vergleicht die Schächter daselbst mit den Juden wegen des Schlachtens, im Jahre 1346.

Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XLVI<sup>o</sup>, in die beate virginis Lucie, astiterunt coram nobis Consulibus civitatis perleberch Carnifices nostri cum Judeis nostre civitatis et placita subscripta inter ipsos ex parte eorum de mactatione pecorum et iumentorum per strenuos milites ottonem de helbe advocatum et Yonem de konnighefmarke, necnon honorabilem virum dominum lambertum plebanum, produxerunt ordinata, que ex vtraque parte Servanda arbitrarunt, sub pena novem solidorum brand. denariorum. Primo ergo Judei nobis commorantes quomodolibet anno a die beati dyonisi per quindenam continue sequentem oves quascunque et capras, hircos, vitulos fugentes mactare possunt et debent, omnium carnificum contradictione proculmota. Preterea carnifices nostri ement siue emere debent a termino Sancti mychaelis vsque ad terminum Sancti martini XXXIII boues uel uacoas pre-

dictis iudeis competentes. Hos dicti iudei mactabunt et quidquid iudeis de carnibus dictarum pecudum competere ad usum eorum comedendi, pro tali pecunia Soluere debent, et non preciosius, quam empte fuerunt, omnibus de vaccis aut pecudibus deriuatis videlicet cepto, cute ac aliis Similiter computatis: et Si iudei hec carnificibus credere nollent, precium emptionis pecudum carnifices dicti Suis confirmabunt iuramentis. Etiam si de dictis pecoribus aliqua vacca dictis non competere iudeis vel carnes eius, pro tali vacca aut boue aut pro pluribus alia pecora ement prenomina carnifices loco illorum pecudum, vt numerus dictorum pecudum, scilicet XXXIII caput impleatur pecudum prefactorum. Insuper dicti iudei a die cinerum vsque in diem palmarum, quidquid ipsis de minoribus pecudibus competens fuerit, mactabunt, Secundum eorum placitum voluntatis, a die autem pasche et per quatuor Septimanas immediate Sequentes qualibet Septimana illarum quatuor ebdomadaram tres agnos aut totidem hedos cum vitulo Sugente ad usum eorum communem occidere possunt et debent et Sic a mactatione de cetero in anno quiescent eodem beniuola voluntate. Tempore autem, quo Sepedicti iudei mactare non possunt neque debent, extunc carnifices carnes iudeis competentes tam in largo et honorato vendant, Sicut vendere solent christianis absque dolo. Quicumque enim istorum Siue carnificum aut iudeorum dictas ordinationes infregerit vel non Seruauerit dabit domino nostro tres solidos et tres solidos brandenburgensium denariorum ciuitati nostre, totidem tres solidos parti, cui in preiudicium et dampnum illatur Siue infertur contemptus statutorum predictorum: et quocienscunque et quoadocunque quilibet istorum infregerit, Semper dabit IX sol. brand. modo prescripto quolibet pro excessu. Datum et actum anno et die quo supra.

Nach demselben Copialbuche.

LXXI. Der angebliche Markgraf Woldemar confirmiret der Stadt Prizwalck verschiedene Gerechtigkeiten, im Jahre 1348.

Wy Woldemar, van der Ghnade Godes tho Brandenburg, tho Lufitz vnd tho Landsberghe Marggreue, unde des heiligen Römischen Kikes ouerste Kemerer, bekennen und bethügen openbar in dessem breue, dat wy scholen unde willen usern leuen trouwen börgern ghemeinliken in der Stadt tho Prizwalck, de nu syn unde thokomende syn, holden alle öhre Rechtigkeith, Ghenade unde Vrieheith unde gude Gewonheith, de sie van Olders van den Heren ghehat hebben: unde scölen ihn de beteren und nicht erghern. Ock willen wy und scölen öhn holden, wat se mit breuen bewysen möghen, effte se öhn sind ghegeuen van dem Ryke oder van andern olden Vörften edder Vörstinnen der Marck oder von Maggreuen Lodewiche. Ock en scölen wy de Land nicht scheiden. Ock were ufer Manne ennig, die eygen Slotte edder Vesten hedde, de schelinghe mit enen andern hadde, unde sich an Rechte nicht ghenugen lathen wolde, und darbowen dem andern dat syne nheme und verunrechtete, den seal man verfolgen mit claghe, öhn in de Vestinghe nhemen in allen Steden unde nicht spiefen, wen an de tyd, dat he dat Vnrecht wedder do, dar scölen wy öhn tho helpen. Were ock, dat uns use Diener volgheden in ene Here, so scölde man de Börghere nicht mehr heherbergen in den Steden, wen se nah gewesen möghen. Ouer wordes öhn tho vele vnde stüreden se dath, daran scölen sy nicht an uns misedan hebben. Ock were dat ufer Diener ennig enen redliken broke dede in ennige Stadt edder tho Prizwalck, den scölen se richten nha der Stadt rechten. Ock gönne wy öhn des, dat sie sick verenigen mit andern Steden in desfer wyfe. Wolde sie jemand verunrechten, dat sie denne endrachtigliken